ante opus consultaueris: neq; dices quicq; stultũ neq; facies in quibus tristari & angi necesse erit, eos, qui nõ recte cõsu-luerunt, Nam defectus & tabes electiõis pœnitencia ostendi-tur. Res eñ & experientia nocumentũ nocet: vt ipsius boni consilij effectus recte & iuste electiõis in operibus vtilitatem demonstrat, vtilitatem dico nõ corpis aut earũ rerũ que ex-tra sunt, Sed nostrũ quibus consultare ante opus preceptũ fuit, & illa perficere: que nõ tristificent nos: hoc est animũ. nam que vtilitas nobis euenire potest homicidijs aut alijs sceleribus: aut pecuniarũ preda: & extra ditari: & pauperẽ animũ fieri: vitijs superuenientibus: & in hoc aut imprudẽ-tẽ esse, & ob id ipsum infortuniũ & malũ augmentare: vel ĩ-telligere ea que sceleste cõmiseris & cõsciẽtia torqueri & pe-nas timere que apud inferos retribuũtur qui vero ad hoc in-ciderunt solam malorũ medicinã inueniũt putare & credere animũ nostrũ post mortẽ nihil fore: iteq; tãta calamitate cir-cũuenerunt, vt a nihilatiõe animi eorũ malitiã curant: & so-lentur, & interitum post mortẽ suijpsius dijudicant fugam fore laborũ iudicij, Malus eñ & scelestus: eius animã ĩmor-talem esse nõ vult, vt cruciatus pœne nõ ferat, & apud infe-ros iudicẽ nõ inueniat: atq; suijpsius finalẽ interitũ decerit, tanq; deceat malã animã nõ fore, Sed hic quidem malo con-silio ad maliciã subductus decenter vltra q; oporteat contra se ipsum sentenciã ꝓmulgat, Verũ iudices qui apud ĩferos sunt quiq; secundũ veritatis normã iudiciũ faciũt nõ iudica

bunt animã om̃ino interire debere: ſed malã eſſe: & vt malũ ſuũ diminuat curabunt. Ac ꝓ ſalute & cõſeruatione nature more medicoꝝ ferro & igne mala vlcera curantes peccatorũ culpas exigent: & pœnitencia maliciã anime nõ exiſtẽtiã auferre nituntur: ſed ad ſe potius reducunt per purificationẽ affectionũ pernicioſarũ. Dubitari quidẽ quodãmodo poteſt: ne humanus animus ad nõ eſſe ſubducat̃. Qum a ſua natura diuertit: veluti qum ad ſuã naturã reuocat̃ ad ꝓpriam ſubſtantiã reducit̃: atq purum & ſincerũ eſſe recepit, quod cõmixtionẽ paſſionũ corruptũ fuerat. Quãobrem om̃es homines niti oꝑtet maxĩe vt nõ peccent. Peccantes vero tanq̃ ad maliciæ & peccati medicũ ad iudiciũ refugere & malum conſiliũ bouo conſilio corrigere qũ a bonitate deciderimus Recipiemus igit̃ exiſtentiã noſtrã ſi fida firmaq penitẽcia diuinã correctionẽ acceptauerimus. Nam talis pœnitencia philoſophie principiũ fit: & verboꝝ operũq ſtultoꝝ expulſio & ad ꝓbatã vitã primus aditus. Nã qui ante opus recte beneq conſuluit in moleſtũ dolorẽ nõ incidit: neq decipit̃: principia & cauſas tradendus hijs rebus quarũ fines & exitus ſibi gratia in futurũ nõ ſint: ſed rerũ cauſas conſiderans preſentia futuris cõponit. Itaq neq expectatione rerũ fœlices videntur; ſincerũ & verũ bonũ nõ intelligit: neq timorẽ aduerſitatũ aliq̃d mali aut iniuſti faciet. Vitã eñ ſuã firmamente dirigit ad diuina p̃cepta: vt aũt intelligas timidi hominis eſſe ſtulta facere aut dicere. Inſpice Medeã tragedia

ea que secũ luget; que incõsulte ꝓpinquos amore illicito decipiens peregrino sese tradidit viro: a quo postea spreta: durissima pati putat: neq́ʒ ex tali opinione audis qualia exclamet, In caput meũ flamma celestis irrũpat, & premittit stulte rogitans ad facta scelesta ea fieri que facta sunt, Postea calamitates ĩ quas inciderat calamitatibus curare nitit̃. Atq́ʒ etiã si vis inspice Agamenonẽ apud Homerũ qui dans intẽperate iracũdie penas lugens exclamat, Furia me tenet, Cor erumpitur, & ĩflammationẽ luminũ q̃ diu ob iracundiã flagrabat: decidentibus mutatisq́ʒ illi rebus lachrymarũ abundantia refugerauit. Talis quidẽ est omniũ stultoꝝ vita huc & illuc contrarijs affectiõibus cadens, Nam in voluptatibus est odiosa: in tristicia miserabilis, Audiens vero temeraria: timens quoq́ʒ pusilaminis: & omĩno boni rectiq́ʒ cõsilij & generosi animi expers est: & mentẽ fortune supponit, Vt igit̃ talibus rebus nõ implicemur dicentes stulta aut faciẽtes recta ratione in omĩbus vtamur duce: socraticũ illud explẽtes: nulli meoꝝ credere possum: nisi rationi que cogitanti mihi recta videat̃, Quippe omĩa que ad seruiendũ & ad obsequelã rationali existentiæ cõcedunt̃: nostra sunt nõ nos illa sumus. vt est iracundia cupiditas: sensus: ipsum corpus ad vsum instrumenti talibus potencijs datũ, quantũ nulli credere debemus nisi recte vt Socrates dicit ratiõi: que secundũ naturam disponens discernere potest: quid fugere: quidue sequi oportebit, Nam recte rationi & deo obtemperare idẽ est, Ratio

nale eñ genus suũ splendorẽ sortitũ, Illa eadẽ vult: que diua lex determinat, Animus quoq; secundũ deũ dispositus eadẽ cupit que deus & quecũq; facit ad diuinũ splendidũ illud pagit, At animus qui ęcontra disponit ad impiũ impellitur, & obscurũ veniet vt accidit deductus tanq; a sola bonorũ regula: hoc est ab intellectu & deo decidens, Hęc & talia sunt boni consilij fœlices effectus: & cõtrarie dispositiõis infœlices, Nam consultare ante opus prętar alia bona que in se habet, dubitatiõis causas tollit & ad scienciæ acquisitionem nos aduocat: & optimã atq; suauissimã nobis ministrat vitam que quidem per sequentia probat,

¶NIL FACITO quod nescias & disce quæ vt discas opus est & dulcissimam hoc modo vitam perages,

NIhil incipere quod nescimus sine errore nos solũ seruat, Discere vero que ad optimã vitã pertinent non solũ nos ab errore dimouet: sed optatũ finẽ nobis in rebus præbet, Prudentia eñ temeritatẽ exignorantia & suspitiõe ortam scindit & expellit, Nã qui acquirit vt peritiã rerũ habeat: factorũ expeditionẽ acquirit, Vtrũq; eñ vtile est & intelligere quas res ignoramus: & addiscere que nescimus quibus rebus adiuncta est optima & suauissima vita, que suspitiõe caret & ẽ pueritia plena; quippe que nihil tentat quod nescit & addiscere cupit que sunt digna scitu; digna quoq; vt addiscimus illa solũ putat que ad similitudinẽ dei nos inducunt, Illa dico que faciunt vt ante opus consultemus, ne

ſtulta ſint & ea que nos nō permittūt debitū iuſtūq̧ trāſgre
di ope alicuius, aut oratione & ea que nos ad diiudicandum
differentiā eoꝝ que nobis accidunt idoneos facit & ea que ꝑ
ſuadent & hortanť vt celeſtes fortunas patienter & pacifice
feramus & curari velimus: & quę docent pauꝑtatē ſine ti-
more & mortē ferre: & iuſticiā exercere: & ventris & eorū
quę ad ventrē ꝑtinent contrinentiā: & parentū honorē & ea
quę nos ad ſeruandas amicitiæ leges impellunt: & ea quę re
ligiōis generis deoꝝ oſtendunt. Hęc & talia ſunt quę preſēs
oratio addiſci oportere precipit: quibus adiuncta eſt: vt ſu-
perius diximus vita ſuauis & optima. Nā qui eſt virtute prę
ditus fructū accipit voluptatibus que nullā penitenciā infe-
rant: queq̧ ipſas virtutes imitanť. Naturaliter eñ om̄is vo-
luptas ab aliquo actu dependet non ipſa per ſe ſubſiſtit. Sed
adiuncta eſt rebus que nobis aut hoc faciunt: aut illud. Itaq̧
viles & vicioſos actus male ſequūť voluptates meliores vō
virtutes imitantur, vnde qui virtute prædīti ſunt, nō ſolum
bonitate malos ſuperant, ſed etiā ipſa voluptate ꝓpter quā
ſolam videtur vitioſus ad maliciā ſubduci. Nam quanto af-
fectus vnus alio affectu melior eſt, tanto magis vnā volupta
tem q̄ꝫ aliā eligere deberemus. Qum igiť vita que cū virtu-
te duciť: vt deo ſimilis fiat, ſtudet, certe diuina illa quoq̧ q̄
cū vitiis ferina & impia manifeſtū eſt: quod virtuoſi & boni
hominis voluptates deoꝝ leticiā imitantur intellectui adiū-
cte & deo. Vicioſi vero & mali hoīs voluptas ſcit hoc cōmu

ne verbū vt temeraria fera mouet. Nā voluptates & calami tates in medio sitæ sunt, ex quibus qui, vnde, quando, & quā tū, oportet, acquirit, fœlix est. Qui vero harū rerū mensurā ignorat infœlix. Itaq; qui suspitiōe vitam suam purgat, solū sine errore manet, & si eam peritia rerū impleat purgatus ē & perfectus, cuius vita dulcissima simul est & optima. Ergo que nescimus nunq̄ agrediamur, ac que scimus tunc operemur qum oportet. Ignorantia enī maliciā inducit, sed rerū peritia oportunitatē querit, nam multa que bona sunt & virtuti innituntˀ mutatiōe temporis fiunt viciosa. Intelligendū igitur preceptū illud est ex ordine, nam qum hortatˀ nihil temere & sine maturo consilio ad faciendū aggredi, vt sine errore simus docet. Qum vero suadet nos addiscere nō omia, sed ea solū que nescimus ad optima facta nos inducit, nō enī vt nō errando constat recte factū sed in cognoscenda ea que factu oportuna sunt; quoꝝ hoc quidē suspitionis purgatio. Illud aūt rerū cognitio facit. In quibus duobus nō errare, sci licet & recta facere aduerte quid tibi persequatˀ, eo modo in quit, dulcissimā vitā perages, que aūt hec, ea certe sola que a virtute voluptatem acquirit. Hinc enī simul cōcurrunt & bonū & voluptas. Si igitˀ bonū cupimus, cupimus & dulce, quod vitā suauissimā appellat. Qui vero voluptatē cū turpi tudine eligit, quāuis parumper ob illud dulce letetur, tamē ꝓpter turpitudinē ad molestam penitentiā venit. At ille qui virtutem laboribus mixtā alijs rebus preponit, q̄uis ꝓpter

incõsuetudinem aliquantulũ patiatᷣ,cũ cõiunctio boni dimi-
nuit laborẽ,& tandẽ a virtute purã sinceraq̃ voluptatẽ col-
ligit, Si aũt qs cũ voluptate turpe aliqd faciat,voluptas di-
scedit,turpitudo manet, ex quibus facile apparet viciosam
hominũ vitã molestijs ex necessitate plenã esse & doloribus
Virtuosam vero suauitatibus & dulcedine,& hec sup his sa-
tis, Qum aũt & corpis instructio ad animi perfectionẽ refer-
tur vide consequenter quid subiungat.

¶ Hæc salutis circa corpus negligentiã habere oportet sed
potionis & ciboꝝ & exercitioꝝ mensurã fafre mẽsurã dico,
¶QVE tibi molestiam non in erat.

MOrtale corpus ad deductionẽ humane vite ꝑ instru-
mento nobis datũ, neq̃ supfluo cultu pinguefacere
decet,neq̃ nimia indigencia affligere, nam eque vtrũq̃ eius
vsum impedit & aufert immo mediocriter ipsi ĩdulgere de-
bemus & neq̃ iniusta patiens, neq̃ morbo egrotũ spernere.
Preceptũ igiᷣ hoc hortatᷣ corpus nobis secundũ naturã ser-
uare oportere,vt expedite,atq̃ libero operã suã duci animo
prebeat, vtq̃ traduci sequiq̃ possit ad quãcũq̃ partẽ ille iu-
beat,Animus eñ corpe vtitur, Corps animo vsum prebet,
cuius curã & diligentiã habere optet bonũ artificẽ, Nã nõ
opus est solũ,vt illo vti velimus,sed cõuenienter ꝓuidere,ut
robustũ & bene sanũ nobis ministret & seruiat, Eius eñ na-
tura in continua generatiõe & corruptiõe versatur, imple-
tio & euacuatio ipsum nutriũt, nã modo cibus quod egessit
supplet,modo exercitia quod super est, euacuant, mensurã

Igitur constituere oportebit implendo aut euacuando, men-
sura aũt est ratio coaptans & cõiungens corpis habitũ opi-
bus animi: & ob eam rem diligenter curandũ est vt talẽ cor-
pori salutem præstemus quę philosopho cõuenit, sic igitur
ea exercitia faciemus, ea nutrimenta eligemus: que nõ nimi
um corpus pingue faciant, neq; vltra modũ mentẽ impediãt
nõ eñi simpliciter corpis curã habere debemus: sed corpis
menti; & intellectui seruientis, quare nutrimenta que athle-
tis pertinent relinquẽda sunt, Cure eñi corpis solũ rationẽ
habent; nõ animi, Atq; oĩs qui cultus corpis appellat̃ fugi-
endus est, nã obstat splendori & lucri intellectus animi; quã-
tũ aũt ad doctrinã considerationẽ & bonoꝝ opeꝝ pfectionẽ
cultus corpis bone habitudini subseruire & pdesse potest,
tantũ suo corpori indulgebit is qui prudẽtis viri vitã eliget
& ob hoc subiunxit, mensurã dico que tibi molestiã nõ infe-
rat, Tibi inquit preceptoꝝ priorũ custodi; qui animi ratio-
nalis es culture corpis mensura nõ noceat, Tales eñi cibos,
talesq; potiones & exercitia eligere oportet que corps ad v̈-
tutes ipsum faciãt obsequiosum: & que nõ ferant stultas af-
fectiões ad cõmotionẽ ratiõis; que in oĩ re dux nostra esse
debet, Magna quidem intentione considerare opus erit mẽ-
surã diligentie & cultus circa corpus ab hoc eñi nascit̃ cau-
sa maloꝝ affectionũ, nõ obedit malus equus, nõ simpliciter
oĩbus; sed illi aurigarũ qui lora optune nõ tractat, In men
sura vero circa corpus ea causa de potione prius q̃ de cibis

preceptũ dedit quoniã difficilius abſtinemus vino qđ corꝑ is bonũ habitũ corrũpit. Nã multo facilius labimur potui, ꝙ̃ comeſtioni. Gymnaſia vero tria ordinata ſunt, que ciboꝝ impletionẽ corrigant & rectificent, & rurſus vt cũ ſanitate nutriamur, preparãt. Nam quaſi in circulo hec adinuicem cedunt nutrimentũ & exercitia, & exercitia & nutrimenta. Vt enĩ quis exerceri recte poſſit bene recteq̃ eũ nutriri opꝫ tebit. Sic vt ſalubriter nutriat modeſte exerceri. Hoꝝ vero menſura eſt alia alij ad ꝓpriũ exercitiũ culture corꝑis cuiliꝫ bet cõuenientis om̃es enĩ ſtudent corpus inſtrumentũ faceꝫ re ad illam rem quã eligerũt. Luctator agilitatis ad paleſtrã Colonus laborũ ad agriculturã. Atzalius ad aliud trahit & coaptat corꝑis adminiculũ. Ac philoſophus ad quid inſpici ens volet corpus inſtruere: & cuius rei inſtrumẽtũ ſtudebit, vt fiat, manifeſtũ eſt ꝙ philoſophie & operũ ad eam ſpectanꝫ tiũ. Vt igitur corpus prudentie inſtrumentũ eſſe poſſit nuꝫ tries illud & inſtrues precipue quidẽ anime curã habebis: ob quã & corꝑis habenda eſt diligẽtia. Nõ enĩ ipſum corꝑs anime preponẽdũ ad cuius vſum nobis traditũ eſt. neq̃ om̃i no negligendũ ꝓpter ipſam animã. ſed cõueuienter & ex orꝫ dine corꝑis curam tanq̃ de inſtrumento habere. eamq̃ reꝫ ferre ad animi virtutẽ & corꝑis ſanitatẽ, quam ob rem non vndiq̃ appetitui corꝑis obſequemur, ſed ſolũ quantũ opꝫtet Sũt enĩ aliqua que auferri ſumiq̃ nõ decet quia grauãt corꝫ pus & ſpiritũ animi ipſi corpori inſitũ ad paſſiõẽs materiaꝫ

les trahunt. De quibus in sequentibus est p̄ceptū, quod ait.
¶ VITA edulia que diximus in purgatiōibus & liberatiōe animi dijudicans, talia em̄ om̄ino relinquenda sunt.

EX hijs vero que accipere & comedere licet & quantitatē mensurabis & tempus, & vt dicit Hippocrates horam perscrutaberis, locū etatē, & om̄ia que eius generis sunt, nō considerate concedit cōmedere ea ex quibus accipe decet. neq̧ indiscrete iuuenem & senem similiter dietare cōuenit neq̧ sanū & valitudinarū, vel incipientē philosophari, & eū qui ad summū philosophie p̄cessit. Hæc autem om̄ia simul comprehendit Pythagorica mensura cū illa additiōe. hoc est que tibi molestiam nō inferat. Om̄ia em̄ que adiuuant bonam rectamq̧ philosophi vitam ad indulgentiā corpi adhibenda fore hoc breui verbo hortatus est. Qū em̄ de salute animi dixisset, addidit. Neq̧ bone valitudinis, circa corpus negligentiam habere decet. Ibi em̄ vtentis animi virtutē ostendit, hic instrumenti salutē. Cōiunge igit̄ hec illis & inuenies quis ille sitq̄ uē hortatur talem oportere seruare mensuram & ordinē circa corpus, que tibi molestiā nō inferat, queq̧ nō impediat philosophi p̄positū auxiliando animę ad virtutē ducenti. Potionis aūt & cibi mensuram dixit rationē que supfluitates & defectus dehortat̄. Mediū vero & mensuram hortatus est, ex quo facilius possumus ventrē somnū, venerē, & iram cōtinere, hoc quod nunc mensura dicitur immensum in illis reprehendit & punit: & tristē egritudinē expellit & diligentē animū ad deum trahit. Oportet

em dum ipse animus ad intelligendū versatur sinceritatē & q̄etem habere a turbulentis affectiōibus atq̄ inferiora bene, recteq̄ sibi ordinare ad supernorum considerationē & intelligentiam, hoc erat mensura que molestiam tibi non inferat. Hoc continere ventrē simul & instrumento salutem parere hoc virtutē animi ostendere, hoc corporis habituri nō nocere Pars em̄ virtutis est intelligere & scire salutē instrumento p̄bere & ipsum ad philosophicū vsum coaptare. Qum nō solū in comedendo & exercitijs est corpori cura adhibēda, sed in multis alijs, vt in vestimētis, calceis varijsq̄ alijs vasis & supellectilibus & opinione oīa hec suscipiente. Opus ergo est vt hijs mensura habeatur, que delicias exterminet a nostro viuendi modo & sorditatē apte igitur subiunxit.

CONSVESCE dietam habere puram & firmam.

STude ea facere, que inuidiam alijs nō inferant. nō expendas importune que bona sunt, Id em̄ est imperitorū, neq̄ illiberalis esto. Nam in oībus modus est optimus nō solū inquit in edulijs & potionibus mensura est optima. sed in oībus alijs. Ea em̄ expurgat quodcūq̄ peccatū p superfluitatem, aut defectū committit. Nam in oībus q̄ supradiximus multa extra mensuram fiunt. Alia quidē ad immoderatas munditias, alia ad sorditatem nos impellūt, quorū vtrūq̄ vituperandū est. & alienū a maioribus philosphorum qui cōmoditatē & modestiam corporis cōsiderās. Anima enī lauticies delicatio fit & molities: vt nimia parcitas sordidū

& immūdū, vt igitur neq̧ illud patiamur diu lauti, neq̧ hoc parci dum esse velimus stemus in medio: & a vicijs vtrinq̧ adiunctis declinemus, & alterū alterius continentiam faciētes ita parce viuamus, vt nō sordide, atq̧ ita laute, vt nō deliciose. Quāobrē mēsura omino anponenda est & in oī corpis apparatu & tale vestimēti genus eligenus, qd' mūdū firmūq̧ sit, idq̧ cupiamus ad omnē corpis ornatū qui mundus sit & diuturnus, decet enī rationalem animū qui corpis dux est. omnia que ad corpus pertinent ipsi ducenti rationi subordinare, quæ neq̧ delitias, neq̧ sorditatem fert, & considerat omnia oportere esse modesta que sue dignitati conueniunt Ipsa enī vt ad delicias nō trahat̄ parcam vitam exercet, vtq̧ surditati & turpi materie nō habitet mundū & sincerū eligit: vt vestem nō subtilē: sed mundam vasa non aurea aut argentea: sed ex alia minus preciosa materia mūda; nihilominus domū nō preciosis lapidibus florentem. neq̧ vltra modū magnam aut pulchram: sed aptam vsui corpis humani. In omni modo viuendi delicias tanq̧ rem nō vtilem excludit Mediocritatem vero mundam; vt maxīe satiffacientem humano vsui hortat̄ & suadet. Etenim vestis domus & vas omne tunc pręcipuam vtilitatem sui prębet qum mediocre & aptū est. Quid enī oportet magnam habere lancem si parū ferendum sit, quid sordidam, si epulū deturpat. Quid domū maiorem q̄ vsus postulat eorꝫ: qui vno angulo ipsius comode stare possent. Quid quoq̧ si talis est cuius habitatio vsum

nō habet. Id idem & in alijs inuenies vtriusq̃ rei extrema in utilia sunt: nisi munditię sint sine sorditate. Superant em̄ si mul vtilitatis mensurā superauit & ad infinitū ꝓcedit cupi ditas. Quāobrem om̄ia que in hac vita tibi eueniunt medio critati adiunge que reprehensiōes extremoꝝ vitat. Cōsues sce inquid viuendi habere mundū. Postea animaduertes lap sum ad delicias: addiditq̃ durū. & quia ex duro facile quis ad sorditatē labi posset, subiūxit. mundū semp casum alterius cohercens alterius obiectu: vt vita viro digna sit. hoī ratiōe vtenti cōueniat: nam si hoc modo vitā instituemus magna alia fęlicitas nobis adueniet. Inuidiā quoq̃ que īnata esse re bus immensis solet fugiemus. Si nihil nimis vt in ꝓuerbio est fecerimus, nec eius & familiares nostros contra nos ipsa inuidia irritabit: vt possint modo: vt delitiosos: modo vt sor didos: vituperare: & nunc in ꝓdigos & dilapidatores pecu niarū, nūc in auaros & praui animi hoīes nos excusare. Oēs em̄ qui talibus vicijs laborant ab his qui secū familiaritatē exercent q̄ modesti nō sunt, & mediū nō seruant vituperanē Hoc est quidē quod de inuidia manifestat preceptū illud. Ta lia facere fugias que iuste a multis vituperari possunt. Iuste quidem & a multis ea vituperanē: que in modo viuendi deli tias habent: aut sorditatem. In expendendo vero, aut auari tiā pecuniarū: aut ꝓdigalitatē. Quare liberalitas & molestia vt ostendant optebit per om̄es ab extra actiōes & gesta pru dentiā animi habitū & mensurā: que in om̄ibus est res optīa

Opus eſt em̃ homini quietem querenti quantũ fieri poteſt: inuidiã fugere, & nõ vt belua quedã cũ ipſa contendere: vt ſine animi cõmotiõe ad virtutes pficere poſſimus, Vitã vero ſine inuidia pertranſiemus ſorditatẽ fugientes. & delitias. & ſtultã ſuperbiã, Ex quibus duo mala naſcunt̃ & pullulant errogatio pecuniarũ inoportuna & retentio : quoꝝ illud q' dem pro ſuperbia vituperatur, Hoc aũt ꝓ auaritia & puſila nimitate: vtrũqꝫ liberalitas fugit: que virtus in errogandis recipiendiſqꝫ pecunijs verſatur: queqꝫ id fieri quod optet in additis & expenſis inuinit atqꝫ oĩa que extra ſunt recte rõi ſubordinãt, Hec ſunt que Pythagoras ĩ ſuis verſibus de hijs que circa corpus & extra ſunt optimũ & laudabilem vſum habent precipit & hortatur: vt ob hec virtutis pulchritudo appareat: ſed caput oĩm facit preceptũ quod ſequitur.

¶ FACITO illa quę tibi non noceant.

C Onſidera anteaqꝫ quicqꝫ facere incipias. Sepe vſus eſt hoc monituvt cum dixit ea perficias: quę poſtea moleſtiã nõ inferat, Qum etiã menſurã inquit, Que tibi mo leſtiã nõ inferat & nemo te inducat id facere aut dicere. qd' bonũ nõ ſit, hic igitur quaſi in vnũ conſpectũ omnia ponens dehortatut ea capere & facere que nocent. Vtilia vero vt ex erceamus hortatur, Ac bene horũ vtrũqꝫ tum diſcerni qum ante opus: quid faciendũ: quidue nõ faciẽdũ ſit cõſideremus Tempus enĩ bene conſulendi tunc nobis adeſt : qum adhuc opus nõ inceperimus, & hic iterũ ſic intelligendũ eſt, Que ti

bi nõ noceant: veluti illud. Que postea tibi molestiã nõ infe-
rant, teq qui homo es rationalẽ existentiã esse cõstitues: q
vt dictũ est; philosophaberis: & vt dei similitudinẽ acquiras
studebis. Tu quidẽ quia homo & rationalis existentia es qc
quid extra rationẽ: quicquid extra legendi viam: qcquid im
pedimento tibi sit: vt similis deo fias intelliges. Talia enim
nos offendere solent in societate hominũ nobiscũ viuentiũ,
& in gubernatiõe corpis quod cõiunctũ nobis est: & eorũ q̃
ad eius gubernationẽ sunt inuẽta: que pecunias appellari cõ
suetũ est. Queq ad corpis vsum sunt. Oportere igit̃ p̃cipit
diuinorũ bonorũ amatorẽ timere ne sibi psuadeatur aliquid
facere quod nõ bene succedat: & vt ea corpi nõ indulgeat: q
bus ipse in egritudinẽ incidat: neq aliquid suscipiat qđ phi
losophandi studiũ impediet: cuius rei postea penitebit. Hec
aũt omnia a cogitatiõibus nostris expellenda sunt: vt factorũ
a nobis repetitio iucũdissimã habeat memoriã, de qua in se-
quentibus precipit, ita inquiens.

¶NON somnũ mollibus oculis suscipias antea quã diuino
rũ operũ vnũ quodq terre recens veris vbi p̃uaricaui quid fi
eri oportebat: quod nõ fecerim: ĩcipiẽs a primo pcurre om
nia. Ac postea si turpia admiseris: afflige te & castiga. Si bo
na letare & gaude.

HIc omniũ preceptorũ sentenciã collige: & iudicium
intimi animi ad hæc: tanq ad diuinas leges pspici
ens benefacta & malefacta discernat. Vnde enĩ & rememo-
ratio poterit nos: si turpia ad miserimus accusare & corri-

gere; si bona fecerimus laudare & ꝓbare: nisi preterita ratõ leges quasdam acceperit quibus vitã ordinauerit: & ad hos conscientia nostra tanq̃ ad aliquod signũ oẽm nostrã vitam dirigat; & quotidie vero tale examen fieri oportere hortatᷣ: vt per frequentẽ memoriã iudiciũ sine errore saluetᷣ, Suadet p̄terea qũ nox aduenerit & ad somnũ vertimur tanq̃ in fine diuinoꝝ operũ simus vt conscientiæ iudiciũ statuamus; cubiculare carmen deo facientes, Si dispositiões nostras recensuerimus, Vbi preuaricaui, quidem, quod fieri oportebat: nõ confeci, Sic eni cõmensurabimus vitã nostrã legibus nobis datis, rationẽ iudicem adiungentes intellectui legẽ cõditori, Quid igitur legũ conditor precipit, Honorare eos qui ipsa origine & natura meliores sunt secũdũ ordinẽ ipsorum existentie, Parentes & cognatos magnifacere, Bonos viros amplecti & amare, Voluptates corpis vincere id quod icorruptibile est pecunijs preponere & vite fragili a diuino iudicio tibi datam sortẽ libenter acceptare prudentia a deo tibi data letari, Sentenciã ad melius vertere, Doctrinã exercere, Non decipi; ac liberũ esse ad virtutis sermonẽ, Bono rectoꝝ consilio anteq̃ quid incipiatᷣ, vti, Ex quo pœnitencia factoꝝ nõ sequitur, Falsaꝝ opinionũ liberũ esse, Doctrinalem vitam sequi, Corpus & ea que extra corpus sunt ad opus virtutis coaptare, Talia legũ conditor intellectus animus promulgat, Ratio vo hec suscipiens peruigil sui ipsius iudex fit vbi preuaricaui, Quid feci, & ordine factoꝝ memoriã ꝑpter

virtutem suscipit, Postea sese inueniens concorditer & con-
grue prefatis legibus diem pertransiuisse fructibus diuinae leticię coronat. Si vero contra illas, Leges se quicq̄ fecisse inuenerit: se ipsum reprimat, tanq̄ quibusdā farmacijs penitencie monitu, Quare somnū dicit expelli oportere: a consideratiōe ratiōis quod facile quisq̄ feret. Si corpus a necessitate dormiendi vexatū nō fuerit, Corpus vero somnus nō vexabit, si sobrie diem transierit, Ob continentiā eñ & sobrietatē necessarias passiōes ratio cohordinat. Nō suscipias inquit somnū anteq̄ diuoꝝ opm ter quodlibet recēsueris, Recensebis quidē hoc modo, Vbi deliqui, Quid feci, Quid qđ fieri mihi optebat nō expleui, Duobus eñ modis erramus, Vno si quod optebat nō fecimus, Vt ipsa verba sonāt, Alio si id fecimus quod nō optebat, Aliud est eñ bonū opus non exercere, Aliud res turpes exercere, Operatio rerū turpiū, Hoc quidem quia linquimus vituperaẗ, Illud quia suscipimus: vt orare decet, deprȩcari & male loqui non decet.

¶NVTRIRE parentes decet vexare & contumeliā in eos inferre nō decet. ¶ Qui igiẗ prima facit ea que fieri optebat facit. Qui vero secunda facit, ea facit que fieri optebat, Itaq̄ vtrūq̄ ad equalē quodāmodo iniustitiā accedit, Recensere quidē nos opera nostra monet ordinatim a prima vsq̄ ad vltimū; nihil in medio relinquentes quod intelligiẗ ob illud percurre oīa, Multotiens eñ nō rectus ordo iudiciū fallit quod propter inordinatam memoriam malefactum excusat

Accedit etiã quod rememoratio quottidianę vitæ fit medicatio quedã earũ rerũ, quas antecessores nostri: & qui defũcti vita sunt exercuerunt: est ĩmortalitatis nostre argumentũ. Illud vero mirandũ est quod qum vnũquodq; recensendũ prȩciperet: nõ subiunxit quid recte fecerim, quid quod optebat a me peractũ est, sed econtra ad id quod inferius est. Primo memoriã adiecit: iussitq; vt malefactorũ iudiciũ fieret. Iudicẽq; statuit iustissimũ simul & ppinquissimũ: ipsam scilicet conscientiã & rectã rationẽ: & se ipsum sibi. Quẽ vt docuimus ante oẽs venerari decet. Quis eñ alter ita monere alterũ potest, vt ipse se. Nam ille qui ea re que naturaliter suȩ libertatis est abutitur. Aliorũ monitus cũ illis obtemperare nõ vult repellit: sed ppria ratio se ipsum audiat necesse erit. Hanc deus procuratricẽ, hanc magistrã. Hanc & nunc iudicem diurnorũ operũ fecit, & apud se iudicẽ suscepit vt ipsa ratio pmulget & doceat quid accipi quidue repelli dignũ sit. Qum eñ quisq; ĩmemori mente tanq; in libro. Que fecerit legit. Tũc ad legẽ quasi ad exemplũ quoddã intẽdẽs dijudicat se, aut honore dignũ, aut de decore. Quicũq; autẽ quottidie tali exercitio vsus fuerit deo similẽ imaginẽ accipit seque aut addendo, aut diminuendo ad pulchritudinem virtutis corrigit & adducit, & quãtũ bono viro facultas datur, conficit. Atq; hic Pythagoras de hijs que ad virtutem ciuilem pertinent finem facit. Ad ea prȩcepta transiturus q̃ ex hominibus deos formant.

¶IN his tibi labor sit, Hæc meditare. Hæc te amare optet, Hæc te virtutis diuę in vestigia ponent, ita per quaternitatē animę nostræ tradentem fontem perennis nature.

VT in principio diximus ciuilis philosophia p acquisitionē virtutū bonū hominē facit. In spectiua vero per splendorē intellectus & veritatis similitudinē dei exhibet. Necesse aūt videt quantū ad nos ptinet, vt minora maioribus antecedant. Facilius eñi est vitā humanā rationabili vsu moderari, q̄ omino eam nō attingere quod certe fieret si penitus ad īspectiuā verteremur. Preterea impossibile fore videtur equo animo veritatem acquire posse nisi affectiones que sine ratiōe sunt per morales virtutes iubente intellectu ordinaremus. Qum igitur animus rōne sit & stulticia plenus. Tunc solū inseperabiliter priori ītellectui adesse poterit, qum purificatas passiōes que post illam erunt pure attingit. Erit aūt pura, si neq stulticia aliqua, neq voluptate corpis cōducatur, vt alia alio loco aut tēpore curet, immo tantū illis indulgebat, quantū diuina lex iusserit q̄ se relinq nō permittit. Immo manere iubet quousq deus ipse nos liberet qum igit animus duplici virtute egeat ciuili quidem q̄ supprimat & corrigat atq deordinet dementiā & affectiones hoīm. Inspectiua vero que superiorꝝ & malorꝝ societatē nobis exhibeat. Horū virtutū in medio, quasi confinia iacēt hi versus. In his tibi sit hec meditare, hęc te amare optet, q̄ si cōclusio fiat ciuilis virtutis. Illud aūt hec de virtutis diue ad vestigia ponent, tanq optimū initiū discipline inspectiue.

Qui aũt a vita brutoꝝ liberauit seq̃ quantũ potuit ab incon tinentia affectionũ purgauit ob hoc, quasi ex bruto animali humanitatẽ accepit, Consequentia vero ꝑmittunt ex hoie, q̃ntũ homini possibile ẽ deũ fieri, Qđ aũt hoc veritatis inspe ctiue finis sit, his versibus ostendit, In q̃bus summũ atq̃ opti mũ effectũ adiungit, si liqueris corpus liber ad celũ venies? eris q̃, Deus immortalis incorruptibilis, Quodvero p cultũ virtutis & cognitionẽ in eadẽ virtute veritatis restitutionẽ consequamur, hic sacer sermo (Vt parũ post dicemus) osten dit, Nũc iterũ ad ipsos versus redeuntes consideremus q̃d sibi ĩ hijs exhortatiõibus vult, labor, meditatio, & amor, To tũ cõuertere animũ intendit ad virtutis studiũ, Ipse em̃ ani mus rationalis in se persistens triplicẽ habet potestatẽ, nam habet aliquid per quod addiscimus, quod nũc vt hæc medi temur precipit, habet aliud per quod id quod addiscit reti nemus, quod in his vt laborem impendamus hortat̃, Habet terciũ per quod intellecta & retenta complectimur & ama mus quod in hoc vt amemus monet, vt igit̃ oñes potentias rationalis animi compositas & ordinatas ad virtutũ prece pta habeamus, a naturali intelligentia curã & diligentiã pe tit, ab ea parte animi que retinet intellecta laborẽ, Ab ea ve ro q̃ pulchra & bona diligit petit amorẽ vt oĩm bonoꝝ fru ctus nobis adueniat cũ possessiõe perpetua & innata ad illa nobis amore, Ex quibus diuina spes sequitur que splendorẽ veritatis apportat vt ipse pollicet̃ dicens, Hæc te virtutis di

uæ ad veſtigia ponent quod eſt dicere, hæc te deo ſimilē faci ent per doctrinalē cauſarū intelligentiā, Conſideratio cauſa rū rerū exiſtentiū, quę cauſe in opifice deo ſunt ad ſummam dei intelligentiā nos ducit, cui ſimul adiuncta eſt ſimilitudo dei; quā ſimilitudinē diuā virtutē appellat, tanq̄ ſub hume ris humane virtutis inuectā quā precedere oportebat. Hi i gitur primi verſus in philoſophie & bonitatis amorē cōclu ſionē accipiant, quo præunte veritatis cognitio ſequat̄, que nos ad ſimilitudinē diuine virtutis reducit, vt in ſequētibus oſtender̄, Sed ad harū virtutū cōiunctionē opus erit iureiu rando, Quod vero virtus ciuilis bene acquiſita viā prebeat vt deo ſimiles fiamus bene & ordinate iurat. Nam quod in principio dixit iuſiurandū ſerua, vt a iuramēto abſtineamus precipit de rebus mobilibus q̄ euenire & nō euenire poſſunt que parua ſunt & varios patiunt̄ caſus, quare neq̄ dignū eſt vt ſuper illis iuremus neq̄ tutū. Nō eñ in nobis eſt poſſe ta lia ad certū finem deducere. De hijs aūt que neceſſario cōiū guntur, & maxima ſunt iurare, tutū eſt & decorū, Nam neq̄ mobilitas rerū nos vnq̄ decipiet. Modo eñ ad inuicē colli gantur inſpectabili ſup quibus iuramentū nunc fit, neq̄ ita humile & puſillū eſt vt dei teſtimoniū accipere non debeat. Veritas eñ & virtus nō ſolū in hominibus, ſed maxīe i dijs inueniuntur. Preterea iuſiurandū fit quedā religiōis opinio quoniā magiſtrū veritatis per iuſiurandū venerari decet, vt ſi quo in loco oporteat per ipſum iuremus ad cōfirmationē

vere opiniõis. Et nõ solũ idem, vt diximus de ipso dicit. Sed hec & ipsum ita certe esse. Simul quidem sup compagine optimorum habituũ iurans theologice philosophat̃ & quaternariũ numerũ fontẽ perpetui ornamenti demonstrat qui est cũ opifice deo, quo pacto vero quaternarius numerus deus sit ex sacro sermone, Pythagore apte inuenies, ĩ quo numerus numerorum hic deus prædicat̃. Si eñ oĩa que sunt perpetua dei voluntate existunt: & numerus iu singula specie rerum, que sunt existit, a deo numerus dependeat optet, & primus quidẽ numerus est apd' illũ & ab eo est apud nos, numeri autem finalis terminus est decas. Nam qui vltra decẽ numerare vult iterũ reuertit̃ ad unũ & duo, & tria, vt qui secundam decadẽ numerat ad viginti cõplectiõe faciat idẽ necesse est & similiter terciã vt triginta dicat. & hoc consequẽter quousq decies decem cõnumeraueris, ad centũ venies. Et iterũ similiter centũ numerabis, & sic per reuolutionẽ decadis vsq in infinitũ pcedere poteris. Decadis quoq vis est quaternarius numerus. Ante eñ finitatem q̃ per decursum in decade infinit̃ finitas quedã est adiuncta in quaternario numero. nam secũdũ compositionẽ a monade ad quaternariũ numerũ, oĩs coaceruatio decas fit, Vnũ eñ duo, tria, & quatuor decadẽ cõplẽt Et ẽ quaternarius numerus, medietas numeralis monadis & septenarij. Equaliter eñ supat & supat̃. Trinarius quoq a septenario excedit̃ monas a trinario, nã monadis & septenarij pprietates sunt pulcherrime & opti

me. Monas em̃ vt initiũ cuiuſlibet numeri om̃es potencias in ſe cõtinet, Septenarius vero tanq̃ ſine matre & virgo ſecũ dũ dignitatẽ a monade habent, neq; em̃ ab aliquo numero in tra decem gignit̃, vt quatuor ex bis duobus, & ſex ex bis tri/ bus, & octo ex bis quatuor & nouẽ ex ter tribus: & decẽ ex bis quinq;, neq; aliquẽ intra decem, vt duo quatuor. & tria. ſex & nouẽ. & quinq; decem. Monadis vero nõ genitæ & ſe/ ptenarij numeri ſine matre quaternarius numerus ĩ medio exiſtens gignẽtiũ & genitoꝝ potẽtias ſimul accepit. Hic em̃ ſolus numerus ĩtra decẽ, & gignit aliquẽ & aliquo & gignit̃ Duo em̃ ſe ſe duplicãs quaternariũ numerũ facit. Quaterna riusvõ duplicatus, octonariũ cõficit, & pr̃ia ſolida demõſtra tio ĩ quaternario ĩuenit̃. Nã pũctũ reſert̃ monadi. Linea aũt numero binario eſt ab aliquo ad aliquid, & trinario nume/ ro cõuenit ſupficies. Ex om̃ibus em̃ figuris que rectis lineis conſtant, triangularis eſt quaſi elementũ & principiũ oĩm. Solidũ ꝓpriũ eſt quaternarij numeri. Prima em̃ Pyramis in quaternario numero conſpicit̃. Triangularis aũt figure ba/ ſis poſita tres angulos oſtendit. Summitas quoq; ipſi ſigu/ re poſita nimis formã accipit. At iudiciales potencie in re/ bus exiſtentibus ſunt quatuor, intellectus, diſciplina, opinio ſenſus, & ſimpliciter om̃ia q̃ exiſtũt quaternarius numerus cõiunxit & colligauit, elementa numeros, horas, anni, ętatũ compagines & nihil dici poteſt quod a numero quaternario tanq̃ a radice & principio nõ dependeat. Eſt em̃ vt diximus

opifex rerũ oĩm & causa quaternarius deus ĩtelligibilis causa est celestis & sensitiui dei. cuius cognitio Pythagoreis ab ipso Pythagora tradita est: per quem nũc viret horũ versuũ auctor, quod virtutis perfectio nos ad splendorẽ veritatis adducet. Itaq̧ secundũ hoc diceret quispiã illud iusiurandum cole, ꝓprie seruari oportere in dijs q̄ semꝑ & equaliter sunt & ꝓprie nũc etiã iurare decet per magistrũ qui quaternariũ numerũ nobis tradidit, qui nõ fuit deus ĩmortalis, neq̧ natura heros sed homo similitudine dei prędictus, & ad suos diuinam seruans formã, quã ob causam in rebus ita magnis per ipsum iurat, tacite inferens veneratione quã erga ipsum Pythagoram eius auditores habebant, ostendens etiã dignitatem que subest doctrine per illũ tradite. Maximũ aũt preceptoꝝ a Pythagora disciplinis traditoꝝ est cognitio quaternarij numeri rerũ opicis. At qum prima pars explicata sit, secunda vero certa ĩ expectatiõe maneat & spem, que ꝑ quaternariũ ꝓmittit veracẽ esse interpres, rerũ diuinarũ ostendit & quaternarij numeri quis sit q̄ntũ presenti oratiõi cõuenit meminimus, transeamus ad ea ad que peruenire cõtextus oratiõis hortatur, Si priº ostenderimus quãta diligẽtia quãto apparatu, quo ve deoꝝ auxilio ad hec deceat ꝓficisci,

¶SED accede ad opus deos orans vt conficias omnia quæ ad acquisitionẽ rerũ bonarũ opitulantur.

PAucis absoluit propriã animi scilicet ꝓmptitudinẽ & dei auxiliũ. nã & si electio bonoꝝ in nobis sit, & id

quod in nobis est, a deo habemus, ab ipso deo & auxiliũ pe-
tendum est & perfectio sensibilium. Studium quidẽ nostrũ
ad acquirendas res bonas ita est ac si manũ ad captanda bo-
na extenderemus, q̃ a deo ꝓficiscunt̃ & clariuident̃, quasi ip
se deus sit fons largitionis bonoꝝ. Homo eñi naturaliter bo
na petit. Deus vero recte petenti largit̃, ac p̃ces nostre sunt
quasi medium quoddã inter nos petentes, & deum largien-
tem que causam nos ad ipsum esse ꝓducentem & ad bene es
se perficientem attingere vident̃. Quo pacto aut quis bona
capiet, si deus nõ dederit, quo pacto etiã daret id quod largi
ri consueuit deus, sponte volenti, & tamen nõ petenti, vt igi
tur nec nudo verbo p̃ces faciamus, sed eas opere firmemus
neq; in nostris operibus nostris operibus solum cõfidamus
sed a deo auxilium petamus & tanq̃ formã materie preces
operi imprimamus, quod totum est quod facimus prece-
mur, & quod precamur faciamus, ea coniungens inquit, sed
accede ad opus orans deos vt cõficias. Neq; eñi sedulos nos
ad bona esse decet tanq̃ in nobis foret. etiã sine dei auxilio il
la perficere posse neq; nuda verba sufficiunt. si nihil ad acq-
sitionem rerum humanaꝝ afferamus. Sic eñi vel impia vir-
tute, si ita dici potest. vel sine opere precibus vteremur: quo
rum alteꝝ virtutis substantiã alterum precum efficatiã de-
struit. Quomodo quid bonum esse poterit, quod nõ sit secũ
dũ institutionẽ dei, Quomodo etiã si quicq̃ factũ fuerit secũ
dũ ispsam institutionẽ dei, vt subsistat & duret illius auxilio

nõ egebit. Virtus est in hominis animo imago dei, & omnis imago exẽplar habeat vt subsistat necesse est. Vanũq est qđ acquisiuimus si nõ inspicimus ad cuius similitudinẽ bonũ il la adepti sumus. Studentes igiẽ actiue virtuti precari neces se erit & qum precati fuerimus ipsius virtutis possessione gaudere. Hoc aũt quod ad splendorẽ dei nos inspicere facit ad philosophiã intentiores cum prima bonoꝝ causa reddet Nam fons perennis nature quaternarius ille numerus est q nõ solũ omibus ęterna causa est vt existãt, sed vt bene existãt quiq ꝓpriũ bonũ ad omes mundi partes, vt radiũ perpetuũ & ratiõe preditũ effundit, quã causam orans animus, & tan q lumen acuto eius visui cõmiscens ob studiũ rerũ bonarũ ad orandũ excitatur & e contra ob exauditionẽ oratiõis dili gentiã acuit factũ verbis adiungens & facta studiosa cogita tione ratiõis diuinæ confirmat & aliqua inuenit, aliqua illu strat, curatq ea que precaẽ, & precaẽ que curat. Talis quidẽ est studij & precis cõiũctio. Atq facta ex hijs duabus rebus nascantur insequentibus audiamus.

CHORVM memor cognosce deo immortaliũ hominũq mortaliũ cõiunctionẽ queãdmodũ per transeant & quemad modum consistant.

PRimũ quidẽ hominibus ita institutas cognitionem deoꝝ & Theologicã disciplinã ad esse oportere pre dicit, & rerũ oĩm intelligentiã quo pacto ad inuicẽ diuidunẽ quoue etiã pacto in vnũ mundũ vniunẽ. Cõiunctio eñ in hac parte constructionẽ & ordinẽ rerũ significat. & illud queãd

modũ pertranſeant differentiã ipſarũ per ſpeciẽ, & quemad modũ conſiſtunt vnionẽ ꝑ genus. Nã cũ natura genera ſubſtantiarũ ratione vtentiũ differant: in vnã ſocietatẽ cõueniũt Quippe per exiſtentiã denotaꝛ̃ aliqua eſſe prima, alia media alia vltima. Itaq; diuidunꝛ̃ ſimul & vniunꝛ̃, neq; eñi prima ſiunt media, neq; vltima, neq; media prima & vltima, neq; vltima media vel prima, ſed terminis a deo ſtatutis, & fixis perpetuo per ſpeciẽ diuidunꝛ̃, & ſic quẽadmodũ pertranſeunt intelligemus. Illud aũt quẽadmodũ conſiſtũt hoc modo conſiderabimus. Hoc totũ nõ quidẽ perfectũ eſſet. Niſi primas medias & vltimas partes cõtineret, tanq; prĩcipiũ medium & finẽ totius compoſiti & prima certe, prima nõ eſſent, niſi media & vltima ſequerenꝛ̃, neq; media hoc eſſent quod dicĩꝛ ſi extrema vtrinq; medijs nõ adiacerent, neq; extrema quidẽ eſſent extrema, niſi prima & media precederẽt Cõiungit ergo illa ad totius perfectionẽ, & hoc erat quod dicit, conſiſtere ipſa ad inuicẽ. Nam tanq; diuerſarũ ſpecierũ totã cõiunctionẽ & cõſtructionẽ complent, quam cognoſces inquit, Si prefatoꝝ bonoꝝ memor extiteris: nã extremoꝝ memoriæ media concurrant, neceſſe erit, Immortaliũ inquit deorũ & mortaliũ hominũ cõiunctionẽ. Prima eñi vltimis per media cõiungunꝛ̃ & vltima primis claritudine, Heroũ mediante reducunꝛ̃. Talis quidẽ ordo eſt rerũ que ratione vtunꝛ̃, quod in principio declaratũ eſt. Tanq̃ eſſent in mundo primi immortalis dei poſt hos clari heroes & vltimi demones terre-

ni. Quos mortales hoïes vocat, quomõ aũt horũ quodq͂ in
telligere nos oporteat iã ſuperius dictũ eſt cognitionem ho-
rũ veracem accipere decet quoꝝ honorem extraditiõe ante
comprehendimus, & que ciuilem virtutem veritate inſpecti
ua ornarunt vel que a ſe bona hoïs natura ad diuinã virtutẽ
cõmutarũt. Intelligere aũt que exiſtunt vt a deo conſtituta
ſunt ſimilitudo quedã dei eſt. Sed qum poſt ĩmortale orna-
mentũ corporalis natura ſubiacet que hunc quem videmus
mundũ complet, & que coordinata eſt, vt exiſtentie que rõe
vtuntur duces ſint & preuię, ex q̃ua naturalis peritiæ fructũ
affore illis docet qui ordinate ad rerũ cognitionem ꝓcedũt.
Cognoſces aũt naturã in oĩbus equã. Itaq͂ neq͂ ſperabis q̃
ſperanda nõ ſunt: neq͂ te quicq͂ latebit. Ad diuinũ tempera-
mentũ natura hunc quem videmus mundũ formans ipſum
ſibi per relationem diuerſis modis aſſimulauit. & diuinam
pulchritudinem aliter atq͂ aliter oĩbus ſpeciebus impreſ-
ſit. Cęlo eĩ dedit vt perpetuo moueret. Terre autẽ vt ſemꝑ
ſtaret quoꝝ vtrumq͂ veſtigia ſimilitudinis diuine demõſtrat
ac cęleſti corpi prebuit, vt totum quicquid eſt circum iret.
Terre vero circumitiõis centrum. aliter quoq͂ centrum eſt
principium, aliter circumdantis terminus. Vnde ſuperiora
aſtris ſculpta & depicta ſunt. & intellectu animalibus. terra
quoq͂ plantis ornat̃ & animalibus, que ſenſu ſolum vtuntur.
In medio hoꝝ que ita diſtant homo exiſtit qui ſuperiorum
eſt vltimus. Inferioꝝ vero primus. & quoniã eſt primus diis

immortalibus cōparat̃.& quia intellectui ꝓpriū vigorē quē reliquerat reddidit. Quandoꝗ autem mortalibus cōmiſcet̃ quod cum ſit quia legem dei preterijt ab dignitate ſibi cōue niente decidit. Nā vt vltimus generū ratiōe vtentiū nō ſem- ꝑ intelligit. Quippe ſi ſemꝑ intelligeret non eſſet homo, ſed naturaliter deus & angeloꝝ ordini miſceret̃. Nunc autē eſt homo qui ſimilitudine quidem ad optimū dici poteſt. natu ra vero inferior eſt dijs imortalibus & claris heroibus: qui primis & medijs ornamentū ſunt. Quibus homo iferior eſt quia ſꝑ nō intelligit: ſed nōnūꝗ torpet atꝗ obliuiſcit̃ ſue ex iſtentie & lucis a deo ſibi date. Itaꝗ qa nō ſemꝑ ſub ignoran tia manet: bruta animalia & plantas atꝗ oīa terrena: & q̄ cunꝗ per exiſtentiā mortalia ſunt, ſuperat. quoniā ad deum ex natura ſua homo cōuerti poteſt. & reminiſcentia obliuio nem abolere: & doctrinā recuperare que ammiſerat, & fugā a ſuperis inferiora fugiendo curare. Cōuenit igit̃ homini co gnoſcere cōiunctionem imortalium deoꝝ & mortalium ho minū hoc eſt eoꝝ que ratiōe vtuntur coordinationem. Cog noſcere etiā decet naturā in oībus ſimilē, hoc eſt corporeā exiſtentiā a ſuperioribus vſꝗ vltima ſimilitudine dei eiuſ- ꝗ euidentia preditā cognoſcere aūt hec oīa optet vt fas eſt: & vt lege iacent: & eo modo quo apud deum ſunt: & quo pacto illius legibus maneant ordinata: ſiue ſine corpe ſint: ſi ue corpus habeant. Cōiter eī in vtriſꝗ intelligere optebit: quemadmodum fas eſt. Nō eī decet nos cupiditate ſine ra-

tione ductus dignitatē rerū ad nostrā opinionē trahere: sed terminos veritatis sequutos intelligere oīa: vt fas est: & vt opificis Lex singula disposuit, harꝝ aūt duaꝝ reꝝ cognitiōe intelligere scilicet opificiū dei in rebus que sine corpore sūt & ī his que videri possunt: optima supuenit acquisitio, hoc est vt nō speremus que speranda nō sunt neqꝫ in aliquo erremus, Nā ex ignorantia existentie rerū sequit̄ vt ea speremus que speranda nō sunt, & ea q̄ fieri nō possunt ex cogitemus: veluti quis cū homo sit deus fieri speret, aut clarus heros. Hic quidē neqꝫ terminos nature intellexit: neqꝫ in rebus prima media & vltima diuisit: & ecōtra, si quis putet eius animū vna cū corpe interitū ob ignorantiā īmortalitatis q̄ animis nostris inest: expectat que expectare nō decet: neqꝫ vt fiant possibile est, Is vero qui credit contra illoꝝ opinionem, q putant hominis existentiā in deoꝝ genus mutari: in feram aut in brutū animal corps ꝑpter maliciā transmutatum iri vel ꝑpter torporē sensus in plantā ipsam animā ad īferiora impellit, errans & ignorans firmū atqꝫ īmutabile: quod per existentiā speciei inest animis hoīm, Semp eīn animus manet, atqꝫ homo nunc in deū nūc in ferā acquisitiōe vicij: aut virtutis mutari dicit̄: cū naturaliter, neqꝫ fera sit neqꝫ deus: sed aptus vt vtriusqꝫ similitudinē accipiat, Et oīno qui ignorat qualitatem que vnicuiqꝫ rerū inest, aut supaddēdo aut diminuendo rem nō recte intellexit que ignorātia causam ꝑbet, vt nō vere opinemur & ea speremus, q̄ speranda nō sunt.

Qui vero singula nouit: queadmodū ab ipso rerū opifice di-
sposita & ordinata sunt: & deū ipsum eius cognitiōi cōmen
surat, hic maxīe tenuit viā qua deū consequat̄ & optimū tē-
peramentū & rerū mēsurā intellexit & sine errore manet.

COGNOSCE hoīes miseros mala sponte secutos: q̄ bo
na quāuis ꝓpinqua neq̄ audiūt, liberationem quoq̄ a malis
pauci norunt. Tale est fatū quod mentes hominū ledit. Hi
aūt reuolutiōibus modo ad hec: modo ad alia ferunt̄: atq̄ in
finita mala paciūt̄. Infelix eñ atq̄ familiaris discordia latēs
ledensq̄ sequit̄: quā nō decet adducere: sed cedentē fugere.

SI rerū que nō vident̄: & earūq̄ corpus habent: ordinē
& dispositionē recte intellexerimus cōsequenter exi-
stentiā hoīs que qualisq̄ sit diligenter cognoscemus: & qd̄
incōfinibus manet eoꝝ qui in vitiū cadere nō possunt. & eo-
